Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et intus plena sunt oculis. Et requiem non
habebant die ac nocte dicentia. Sanctus
sanctus sanctus dominus omnipotens qui erat et qui est et qui
venturus est. VI. Et cum darent illa
quatuor animalia gloriam et honorem
et benedictionem sedenti super thronum
viventi in secula seculorum procidebant viginti
quatuor seniores ante sedentem in throno.
Et adorabant viventem in secula seculorum
et mittebant coronas suas ante thro
num dicentes. Dignus es domine deus noster
accipere gloriam et honorem et virtutem. quia
tu creasti omnia. et propter voluntatem tuam
erant et creata sunt. VII. Et vidi in
dextera sedentis super thronum librum
septum intus et foris signatum sigillis sep
tem. Et vidi angelum fortem predicantem
voce magna. Quis est dignus aperire li
brum et soluere signacula eius. Et nemo
poterat in celo neque in terra neque subtus terram aperire librum neque respicere illum.
VIII. Et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum
nec videre eum. Et unus de senioribus
dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit leo de
tribu iuda radix dauid aperire librum
et soluere septem signacula eius. R. Tu
lerunt do-minum meum aevia. aevia.
Et nescio ubi posuerunt eum. Ad cant.
Aevia. aevia. aevia. aevia. aevia.
aevia. aevia. aevia. aevia. ae
vella m. via. S. Iohannem.
In illo tempore. Dixit dominus iesus ad suos.

Modicum et iam non videbitis me. et
iterum modicum et iterum modicum
et videbitis me. quia vado ad patrem.
Et R. Omel. v. Bede presbi. de e. l.
Leta domini et saluatoris nostri promissa fi-
k mihi. letor cordis auditu percipere
debemus. sedula quoque intentione persistere quate
nus ad hec cumgere mereamur. Quid enim
quod meruto letius audiatur. quia puenire
posse ad gaudium quod nunquam possit auferri.
X. Notandum autem quod tota lectionis huius
euangelice series illis conuenit. qui ea
presentes audierunt a domino. pars autem illius
ecia nos qui per passionem et resurrectio
nem dominicam ad fidem uenimus aptissime con
gruit. Quid enim aut modicum et iam non
videbitis me et iterum modicum et videbitis
me quia vado ad patrem. ad illos specialiter
pertinet. qui eius discipulatui predicantis in car
ne adherere et post tristicia passionis
usque resurrectione et ascensione eius letu
ficari meruerunt. XI. Quia hec illa
quae tradebat nocte locutus est modi
cum erat idem eidem noctis et diei se
quentis tempus. usque ad horam qua illum non
videre inceperunt tenet enim nocte illa
a iudeis. et in crastinum crucifixus. cum
sero factum esset depositus est de cruce.
et intumulatus sepulcro ab humanis seclu
sus obtutibus. et iterum modicum erat usque
dum illum viderent resurrexit enim a
mortuis tertia die. et apparuit eis in
multis argumentis per dies quadraginta.